

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Orationvm Marci Tvl. Ciceronis

Accesserunt breues animaduersiones ex doctissimorum hominum  
commentariis, quibus ita loci permulti explicantur, vt vulgo receptæ  
lectionis vbique ratio habeatur

**Cicero, Marcus Tullius**

**Lvgdvni, 1586**

Oratio XLI: Pro Q. Ligario ad C. Caesarem

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-343](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:468-1-343)

Marcello a te huic ordinī, populoq; Rom. & reipubl. redito, præcipue id a me fieri debere intelligo. nam letari omnes, non ut de unius solum, sed ut de communi omnium salute, sentio. quod autē summae benevolentiae est, quæ mea p. b. erga illum omnibus semper nota fuit, ut uix C. Marcello optimo, & amantissimo fratri, præter eum quidem cederem nemini: cum id sollicitudine, cura, labore tamdiu prestatim, quamdui est de illius salute dubitatum: certe hoc tempore magnis curis, molestijs, doloribus liberatus præstare debeo. Itaq; C. Caesar, sic tibi gratias ago, ut omnibus me rebus a te non conservato solum, sed etiam ornato, tamen ad tua innumerabilia in me unum merita, quod fieri iam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accesserit.



p. 137. PRO Q. LIGARIO  
AD C. CAESAREM.

## ORATIO XLI.



O V V M crimen, C. Caesar, & ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te Q. Tuber detulit, Q. Ligarium in Africa suisser idque C. Pansa præstanti uir ingenio, sretus fortasse ea familiaritate, quæ est ei tecum, ausus est confueri. Itaque, quo me uertam, nescio: paratus enim uene-

ram

ram, cum tu id neque per te scires, neque audire aliumde  
potuisses, ut ignoracione tua ad hominis miseri salutem  
abuterer. Sed quoniam diligentia inimici inuestigatum est,  
quod latebat, confitendum est, ut opinor: præsertim cum  
meus necessarius C. Pansa fecerit, ut id iam integrum non  
esset: omisq; controversia omnis oratio ad miseri ordinam  
tuam conferenda est, qua plurimi sunt consruati, cum a  
te non solum liberationem culpæ, sed errati ueniam impe-  
trauissent. Habet igitur, Tubero, quod est accusatori ma-  
xime optandum, confitentem reum, sed tamen ita confiten-  
tem, se in ea parte fuisse, qua te Tubero, qua uirum omni  
laude dignum, patrem tuum. Itaq; prius de uestro delicto  
confiteamini necesse est, quam Ligarij ullam culpam re-  
prehendatis. Quid igitur Ligarius, cum esset adhuc nulla bel-  
li suspicio, legatus in Africam cum consule C. Considio  
profectus est: qua in legatione & ciuibus, & sociis ita se  
probauit, ut decedens Considius prouincia, satis facre ho-  
minibus non posset, si quemquam alium prouincia prefe-  
cisset. Itaque Q. Ligarius, cum diu recusans nihil pro-  
fecisset, prouinciam accepit inuitus: cui sic p. 8.  
prefuit in pace, ut & ciuibus, & sociis gratissima esset eius integritas, &  
fides. Bellum subito exarsit: quod qui erant in Africa,  
ante audi ruit geri, quam parari: quo auditio, parim  
cupiditate inconsiderata, partim cæco quodam timore,  
primo salutis\* causa, post etiam studij sui, quarebant ali-  
quem ducem. tum Ligarius domum spectans, & ad suos  
redire cupiens, nullo se implicari negotio passus est. Interim,  
P. Attius Varus, qui prætor Africam obtinuerat, Uticam  
uenit, ad eum statim concursum est, atque ille non mediocri  
cupiditate arripuit imperium: si illud imperium esse po-  
tuit, quod ad priuatū, clamore multitudinis imperit, nul-

lo publico consilio deferebatur. Itaq; Ligarius, qui omne ta  
le negotium cu<sup>r</sup>peret effugere, paullum aduentu Vari con-  
quieuit. Adhuc, C. Cæsar. Q. Ligarius omni culpa uacat: do-  
mo est egressus non modo nullum ad bellum, sed ne ad mi-  
nimā quidē suspicionem belli: legatus in pace profectus, in  
provincia pacatissima ita se gesit, ut ei pacem esse expedi-  
ret. Profectio certe animum tuum nō debet offendere. num  
igitur remansio<sup>n</sup> multo minus. nam profectio uoluntatem  
habuit non turpem; remansio etiam necessitatem honestam.  
Ergo hæc duo tempora carent criminis: unum, cum est le-  
gatus profectus; alterum, cum efflagitatus à provincia,  
præpositus Africæ est. tertium est tempus, quod post aduen-  
tum Vari in Africa restitit. Quod si est criminis, nece-  
ssitatis crimen est, non uoluntatis. An ille, si potuisset il-  
linc ullo modo euadere, Vtū & potius, quam Romæ; cum P.  
Actio, quam cum concordissimis fratribus; cum alienis  
esse, quam cum suis maluisset? cum ipsa legatio plena de-  
siderij, ac solitudinis fuisset propter incredibilem quem-  
dam fratrum amorem? hic a quo animo esse potuit, belli  
dissidio distractus à fratribus? Nullum igitur habes, Cæsar  
adhuc in Q. Ligario signum alienæ à te uoluntatis, cuius  
ego cauſsam, animaduerte, quæſo, qua fide defendam, cum  
prodo meam. O clementiam admirabilem, atque omni lau-  
de, prædicatione, litteris, monumentisq; decorandam! M.  
Cicero apud te defendit alium in ea uoluntate non fuisse,  
in qua se ipsum confitetur fuisse; nec tuas tacitas cogitatio-  
nes extimescit; nec quid tibi de alio audienti, de seipso oc-  
currat, reformidat. Vide, quam non reformidem: uide quan-  
ta lux liberalitatis, & sapientiae tuae mihi, apud te dicenti  
oboriantur: quantum potero uoce conténdam, ut hoc po-  
pulus Ro. exaudiat. Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam ex  
ma

magna parte, nulla ui coactus, iudicio meo, ac uoluntate ad ea arma proiectus sum, quae erant sumpta contra te. apud quem igitur hoc dico? nempe ad eum, qui, cum hoc sciret, tamen me, antequam uidit, reip. reddidit: qui ad me ex Aegypto litteras misu, ut essem idem, qui fuisset: qui, cum ipse imperator in toto imperio populi Romani unus esset, esse me alterum passus est: à quo, hoc ipso C. Pansa mihi nuntium perferente, concessos fasces laureatos tenui, quo-  
ad tenēdos putau: qui mihi tum deniq; se salutem putauit reddere, si eam nullis spoliatam ornamenti redderet. Vi-  
de, quæso, Tubero, ut qui de meo factō non dubitem dicere,  
de Ligarij non audeam confiteri. Atque hac propierea de  
me dixi, ut mihi Tubero, cum de se eadem dicerem, igno-  
sceret, cuius ego industria, gloriaque faueo, uel propter  
propinquam cognationem, uel quod eius ingenio, studiisque  
delector, uel quod laudem adolescentis propinquai existimo  
etiam ad meum aliquem fructū redūdere. Sed hoc quaro.  
P. R.  
quis putet fuisse crīmē, esse in Africa Ligarium: nempe is,  
qui & ipse in eadem Africa esse uoluit, & prohibitum se a  
Ligario queritur, & certe contra ipsum Cæsarem est con-  
gressus armatus. Quid enim, Tubero, tuus ille districtus  
in acie Pharsalica gladius agebat: cuius latus ille mucro  
petebat: qui sensus erat armorum tuorum? qua tua mens?  
oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?  
Nimis urgeo: commoueri uidetur adolescentis: ad me reuer-  
tar, iisdem in armis fui, quid autem aliud egimus, Tubero,  
nisi ut, quod hic potest, nos possemus? Quorum igitur im-  
punitas, Cæsar, tua clementia laus est, eorum ipsorum ad  
cruelitatem te acuet oratio? Atq; in hac causa nonnihil  
equidē, Tubero, etiā tuam, sed multo magis patris tui pru-  
dentiam desidero: quod homo cū ingenio, tum etiā doctrina  
excel

excellens genus hoc causa, quod esset, non uiderit. nam si uidisset, quouis profecto, quam isto modo a te agi maluisset. arguis fateorem; non est satis: accusas eum, qui causam habet, aut, ut ego dico, meliorem quam tu: aut, ut tu uis, parem. Hec non modo mirabilia sunt, sed prodigia similia, quae dicam. Non habet eam uim ista accusatio, ut Q. Ligarius condemnetur, sed ut necetur. hoc egit ciuius Romanus ante te nemo. \*externi isti mores usq; ad sanguinem incitare solent odium aut leuum Gracorum: aut immanum barbarorum. Nam quid aliud agis? ut Romae ne sit? ut domo careat? ne cum optimis fratribus, ne cum hoc T. Brocho auunculo suo, ne cum eius filio consobrino suo, ne nobiscum uiuat? ne sit in patria? num est? num potest magis carere his omnibus, quam caret Italia prohibetur, exsulat. Non tu ergo hunc patria priuare, qua caret, sed uita uis. At istud

P. 139. ne apud eum quidem dictatorem, qui omnes, quos oderat, morte multabat, quisquam egit isto modo. ipse iubebat occidi, nullo postulante: pramis etiam inuitabat. quae tamen crudelitas ab hoc eodem aliquot annis post, quem tu nunc crudellem esse uis, vindicata est. Ego uero istud non perfluo, inquietus. ita mehercule existimo, Tubero. noui enim te, noui patrem tuum, noui domum, nomenq; uestrum: studia denique generis, ac familiae uestrae, uirtutis, humanitatis, doctrinae, plurimarum artium, atq; optimarum nota sunt mihi omnia. itaq; certo scio, uos non petere sanguinem: sed parum attenditis. res enim eo spectat, ut ea paena, in qua adhuc Q. Ligarius sit, non uideamini esse contenti. que est igitur alia, praeter mortem? si enim in exilio est, sicut est, quid amplius postulatis? an, ne ignoscatur? hoc uero multo acerbius, multoque est grauius. quod nos domi peccamus precibus, & lacrymis prostrati ad pedes, non tam

nostræ causæ fidètēs, quæ m̄ huīus humanitati: id ne impe-  
 tremus pugnabīs? & in nostrum fletum irrumpes? & nos  
 iacētēs ad pedes suppliciū uoce prohibebīs? Si, cum hoc do-  
 mi faci r̄mus, quoā & fecimus, & ut spero, nō frustra fe-  
 cimus, tu dērepente irrupis̄ses, & clamare cōpiss̄es, C. Cæ-  
 sar, caue credas, caue ignoscas, caue te frātrū, profatris sa-  
 lute obsecrantium, m̄ si reat: nōne om̄ne humanitatē exsu-  
 iss̄es? quanto hoc durius, quod nos domi perimus, id a te in  
 foro oppugnari? & in tali miseria multorum perfugiū mi-  
 sericordiæ tollerē? Dicam pl̄ne, C. Cæsar, quod se tu. si in  
 hac tanta tua fortuna lenitas īāta non esset, quanā tu per  
 te, per te, inquam, obtines (intelligo quid loquar) acerbif-  
 simo luctu redūdat et ista uistoria: quam multi enim essent P. B.  
 de uictoribus, qui te crudelē esse uellet, cum etiam de ui-  
 etis reperiantur quā multi, qui, cū a te nemini ignosci uel-  
 lent impedirent clementiam tuam, cū etiam ī, quibus ipse  
 ignouisti, nolint te in alios esse misericordem? Quid si  
 probare Cæsari possemus, in Africa Ligarium omnino non  
 fuisse: si honesto, & misericordi mendacio, saluti ciuiis\* ca-  
 lamitōsi consultum esse uellemus: tamen hominis non esset,  
 in īāto discrimine, & periculo ciuiis refellere, & coargue-  
 re nostrum mendacium: &, si esset alicuius, eius certe non  
 esset, qui in eadē causa, & fortuna fuisset. Sed tamē aliud  
 est, errare Cesarem nolle, aliud nolle misereri. tum dice-  
 res, Caue Cæsar credas: fuit in Africa Ligarius: tulit arma  
 contra te. nūc quid dicas? Caue ignoscas. Hæc nec hominis,  
 nec ad hominem uox est: qua qui apud te, C. Cæsar, utetur,  
 si nam citius abijciet humanitatē, quam extorquebit tuam.  
 Ac primus aditus, & postulatio Tuberonis hæc, ut opinor,  
 fuit, uelle se de Q. Ligarij scelere dicere, non dubito, quin  
 \* admiratus sis, uel quod de nullo alio quisquam, uelquod is,  
 qui

qui in eadem causa fuisset, uel quidnam noui facinoris asserret. Scelus tu illud uocas Tubero? cur isto enim nomine illa adhuc causa caruit: alij errorem appellant, alij timorem: qui durius, spem, cupiditatem, odium, per inaciam: qui grauiissime, temeritatem scelus, præter te, adhuc nemo. Ac mihi quidem, si proprium, & uerum nomen nostri mali queratur, fatalis quedam calamitas incidisse uidetur, & improuidas hominum mentes occupauisse: ut nemo mirari debet at humana cōsilia diuina necessitate esse superata. Liceat esse miseris, quaquam, hoc uictore, esse non possumus. sed non loquor de nobis: de illis loquor, qui occiderunt: fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces: sceleris uero

P. 140. criminis furoris, parricidij liceat Cn. Pompeio mortuo, liceat multis alijs carere. Quando hoc quisquam ex te, Cæsar, audiuit, aut tua quid aliquid arma uoluerunt, nisi a te contumeliam propulsare? quid egit tuus ille uinctus exercitus, nisi ut suum ius tueretur, & dignitatem tuam? quid tu, cum pacem esse cupiebas, id ne agebas, ut tibi cum sceleratis, an ut cum bonis ciuibus conueniret? Mibi uero, Cæsar, tua in me maxima merita, tanta certe non uiderentur, si me ut sceleratum a te conseruatum putarem. Quomodo autem tu de rep. bene meritus es, si tot sceleratos incolumi dignitate esse uoluisses? Successionem tu illam existauisti, Cæsar, initio, non bellum: non hostile odium, sed ciuile dissidium: utrisq; cupientibus rem publ. saluam, sed partim consilijs, partim studijs a communi utilitate aberrantibus. Principum dignitas erat pene par, non par fortasse eorum, qui sequebatur: causa tum dubia, quod erat aliquid in utraq; parte, quod probari posset: nunc melior certe ea indicada est, quam etiam dij adiuuerint. cognita uero clementia tua, quie non eam uictoria probet, in qua occide-

rit nemo, nisi armatus? Sed, ut omittam cōmūnem causam,  
ueniamus ad nostrā. Virum tandem existimās facilius  
fuisse Tubero, Ligarium ex Africa exire, an uos in Afri-  
cam non uenire? poteramusne, inquies, cum senatus cen-  
suisset? si me consulis, nullo modo, sed tamen Ligarium se-  
natus idem legauerat: atq; ille eo tempore paruit, cum pa-  
rere senatui necesse erat: uos tunc paruistis, cum paruit  
nemo, qui noluit. reprobēdo igiturē minime uero, neq; enim  
licuit alter uestro generi, nomini, familie, disciplina. sed P. B.  
hoc non concedo, ut, quibus rebus gloriemini in uobis, easdē  
in alijs reprehendatis. Tuberonis sors coniecta est ex S. C.  
cum ipse non adesset, morbo etiam impediretur: statuerat  
se excusare. Hęc ego noui propter\* communes necessitudi-  
nes, quae mihi sunt cum L. Tuberone: domi una erudit, mi-  
litiae contubernales, post affines, in omni deniq; uita fami-  
liares, magnum etiam uinculū, quod iisdem semper studijs  
usū sumus. Scio: gitur Tuberonē domi manere uoluisse. sed  
ita quidam agebat, ita reip. sanctissimum nomen oppone-  
bant, ut, etiam si aliter sentiret, uerborum tamen ipsorum  
pondus sustinere non posset. cessit auctoritati amplissimi  
uiri, uel potius paruit: una est profectus cum ijs, quoruū erat  
una causa: tardius iter fecit: itaque in Africam uenit iam  
occupatam. Hinc in Ligarium crimen oritur, uel ira po-  
tius. nam, si crimen est prohibere illum uoluisse non minus  
magnum est, uos Africam, omnium prouinciarum arcem,  
natam ad bellum contra hāc urbem gerendū obtinere uo-  
luisse, quam\* aliquem se imperatorem esse maluisse. Atq;  
is tamen aliquis, Ligarius non fuit. Varus imperiū se habe-  
re dicebat: fastes certe habebat. Sed quoquo modo se illud  
habet, hęc querela uestra, Tubero, quid ualeat: recepti in  
prouinciam non sumus, quid, si essetis? Cesarine eam tra-  
ttt dituri

dituri fuissetis, an contra cum retenturi? Vide quid licen-  
tia, Cæsa, nobis tua liberalitas dei, uel potius audacie, si  
responderit Tubero, Africam, quo senatus eum, sorq; mi-  
serat, tibi patrem suum traditurum fuisse: non dubi: abo  
apud ipsum te, cuius id eum facere interfuit, gauissimis  
uerbis eius consilium reprehendere. non en.m. si tibi ea res

P. 141. grata fuisset, esset etiam probata. Sed iam totū omit-  
to, non tam ut ne offendam tuas patientissimas aures, quā  
ne Tubero, quod nunquam cogitauit, facturus fuisse ui-  
deatur. Veniebas iugur in Africam provinciam, unam  
ex omnibus huic uictorie maxime infestam: in qua erat  
rex potentissimus, inimicus huic causa: aliena noluntas,  
conuentus firmi, atq; magni: quero, quid facturi fuissetis  
quamquam quid facturi fueritis, non dubitem: um uideā  
quid feceritis. prohibiti estis in provincia uestra pedem  
ponere: Et prohibiti, ut perhibetis, summa cum iniuria  
quomodo id tulistis? acceptae iniuriae querela, ad quē detu-  
listis nempe ad eum, cuius autoritatem secuti in societā-  
tem belliueneratis: quod si Casaris causa in provinciam  
ueniebas, ad eum profecto exclusi provincia uenisse  
uenisti ad Pompeium. Quæ est ergo apud Casarem que-  
rela, cum eum a cusetis, a quo queramini uos probibitos  
contra Casarem bellum gerere? Atque in hoc, quidem uel  
cum mendacio, si uultis, gloriarri per me licet, uos provin-  
ciam fuisse Casari tradituros, etiam si a Karo, Et quibusda  
alijs prohibiti essetis. ego autem confuebor culpam esse Li-  
garij, qui uos tantæ laudis occasione primaverit. Sed uide  
quæd, C. Cæsar, constantiam ornatissimi uiri L. Tubero-  
ni: quam ego, quāvis ipse probarem, ut probbo, tamen non  
commemorarem, nisi a te cognouissem in primis eam uir-  
tutem solere laudari. Quæ fuit igitur utquam in illo ho-

mine tanta constantia? constantiam dico? nescio an melius  
patiemiam possem dicere. quotus enim istud quisq; fecisset,  
ut à quibus partibus in defensione ciuii? nō esset receptus,  
essetq; etiam cū crudelitate electus, ad eas ipsas redirei?  
magni cuiusdam animi, atq; eius uiri est, quem de suscepta  
causa, propositaq; sententia nulla contumelia, nulla uis,  
nullum periculum posset depellere. *Vi* enim cetera paria  
*P. B.*  
Tuberoni cum Varo fuissent, bonos, nobilitas, splendor, in-  
genium, qua? nequaquam fuerunt: hoc certe praecepsum  
Tuberonis fuit, quod iusto cum imperio ex S. C. in prouin-  
ciam suam uenerat. hinc prohibitus non ad Cesarē, ne ira-  
tus, non domum, ne incers: non aliquam in regionem, ne con-  
demnare causam illā, quam secutus esset, uideretur: in Ma-  
cedoniam, in Cn. Pompeij castra uenit, in eam ipsam causam,  
à qua erat reiectus cum iniuria. Quid? cum ista res  
nihil commouisset eius animum, ad quem ueneratis, lāgu-  
diore, credo studio in causa fuissis. tātummodo in prāsidis  
eratis, animi uero à causa abhorrebāt: an, ut sit in ciuili-  
bus bellis, nec in uobis magis, quam in reliquo, omnes uin-  
cendi studio tenebamur? pacis equidem semper auctor fui,  
sed tum sero erat enim amentis, cum aciem uideres, pacem  
 cogitare. Omnes, inquā, uinceere uolebamus, tu certe prā-  
cipue, qui in eum locū uenisses, ubi tibi esset pereundū, nisi  
uicisses: quamquam, ut nunc se res habet, non dubito, quin  
hanc salutem anteponas illi uictoriae. Hęc ego nō dicarem,  
Tubero, si aut uos constantiae uestra, aut Cesarē beneficij  
sui peniteret. Nunc quaro, utrū uestras iniurias, an reip.  
persequamini? si reip. quid de uestra in ea causa perseuer-  
rantia respondebitis? si uestras; uidete ne erretis, qui Cesa-  
rem uestris inimicis iratu fore putetis, cum ignouerit suis.  
Itaq; num tibi uideor, Cesar, in causa Ligarij occupatus

ttt 2 effe

## ORATIO

292

P. 142.

esse? num de eius factō dicere? quicquid dixi, ad unam sum-  
mam referri uolo, uel humanitatis, uel clementiae, uel misera-  
cordiae tuae. Caussas, Cæsar, egi multas & quidem tecum,  
dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum: certe um-  
quam hoc modo, Ignoscite, iudices, errauit, lapsus est, non  
putauit, si umquam post hac, ad parentem sic agi solet, ad  
iudices, Non fecit, non cogitauit, falsi testes, fictum crimen.  
Dic te, Cæsar, de facto Ligarij iudicem esse: quibus in pra-  
sidiis fuerit, quare taceo: ne hæc quidem colligo, quæ fortasse  
ualerent etiam apud iudicem: legatus ante bellum profe-  
ctus, relictus in pace, bello oppressus, in eo non acerbus.  
\*tum etiam fuit totus animo, & studio tuus. Ad iudicem sic  
agi solet: sed ego ad parentem loquor, Errauit, temere feci,  
pœnitet, ad clemētiā tuā confugio, delicti ueniam peto,  
ut ignoscas oro. si nemo impetravit, arroganter: si plurimi,  
tu idem fer opem, quā spem dedisti. An sperandi Ligario  
caussa non sit, cum mihi apud te sit locus etiam pro altero  
deprecandi? Quamquam neq; in hac oratione spes est po-  
sita caussa, nec in eorum studiis, qui à te pro Ligario pe-  
tunt, tui necessarij. Vidi enim, & cognoui, quid maxime spe-  
ctares, cum pro alicuius salute multi laborarent: caussas  
apud te rogantium \*gratiōres esse, quam preces. neq; spe-  
ctare, quam tuus esset necessarius is, qui teoraret: sed quam  
illius, pro quo laboraret. Itaque tribuis tu quidem tuis ita  
multa, ut mihi beatores illi esse videantur interdiū, qui tua  
liberalitate fruuntur, quam tu ipse, qui illis tam multa con-  
cedis, sed nido tamen apud te caussas, ut dixi, rogantium  
ualere plus, quam \* preces: ab iisque te moueri maxime,  
quorum instissimum dolorem videas in petendo. In Q. Li-  
gario conseruando, multis tu quidem gratum facies nece-  
sarius tuis: sed hoc quæso considera, quod soles: possum for-  
tissi

tissimos uiros Sabinos, tibi probatissimos, totumq; agrum  
Sabinū florem Italiae, robur reip. proponere. nosli optime  
homines. animadue te horum omnium mōstitiam, & dolo  
rem. huins T. Brochi, de quo non dubito, quid existimes, la-  
crysas, scaloremq; ipsius, & filij uides. Quid de fratribus  
dicā? noli, Cæsar, putare de unius capite nos agere. aut tres  
Ligarij in ciuitate retinendi sunt, aut tres ex ciuitate exter-  
minandi, quoduis exsiliū his est optatus, quā patria, quā  
domus, quā dij penates, in illo exsulanies, si fraterne, si pie,  
si cum dolore faciū, moueat te horum lacrymā, moueat  
pietas, moueat germanitas, ualeat tua vox illa, quā uicit.  
te enim dicere audiūbamus, Nos, omnes aduersarios puta-  
re, nisi qui nobisq; essent: te, omnes, qui cōtra te non essent,  
tuos. Videſne igitur hunc splendore, omnem hanc Brocho-  
rum domū, hunc L. Martium, C. Cesetium, L. Cornificium.  
hōſte omnes equites Rom. qui adſunt ueſte mutata, non ſo-  
lum notos tibi, uerum etiā probatos uiros, qui tecum fue-  
rū. Atq; his maxime iraſcebamur, & hos requirebamus,  
& his nonnulli etiā minabantur. Conſerua igitur tuis ſuos:  
ut, quēadmodum cetera, quā dicta ſunt à te, ſic hoc uerißi-  
mum reperiatur. Quod ſi penitus perſpicere poſſes concor-  
diā Ligariorū, omnes fratres tecum iudicares fuſſe. An  
poſt quisquā dubitare, quin, ſi Q. Ligarius in Italia eſſe  
potuifet, in eadem ſententia futurus fuerit, in qua fratres  
fuerunt? quis eſt, qui horū conſenſum conſpirātem, & pene  
conflatum, in hac prope æqualitate fraterna non nouerit?  
qui hoc non ſentiat, quiduis prius futurum fuſſe, quā ut hi  
fratres diuersas ſententias, fortunasq; ſequerentur? Volun-  
tate igitur omnes tecum fuerunt: tempeſtate abreptus eſt  
unus: qui, ſi cōſilio id feciſſet, eſſet eorum ſimilis, quos tu ta-  
men ſaluuos eſſe uoluisti. Sed ierit ad bellum: diſſenſerit non

P. B.

P. 143. ate solum uerum etiam à fratribus : hi te orant ui. Equidem, nū tuis omnibus negotiis interessem, memoria teneo  
 qualis tum T. Ligarius quaestor urbanus fuerit erga te, &  
 dignitatem tuam, sed parum est, me hoc meninisse: spero  
 etiam te, qui obliuisci nihil soles, nisi iniurias, quoniam hoc  
 est animi, quoniam etiam ingenij tui, te aliquid de huic  
 quaestoris officio cogitantem, etiā de aliis quibusdam qua-  
 storibus reminiscentem recordari. Hic igitur T. Ligarius,  
 qui tum nihil egit aliud (neq; enim hæc diuinabat) nisi, ut  
 tu eum tu studiosum & bonum uirum iudicares, nunc à te  
 supplex fratri salutem petit: quā huic admonitus officio  
 cum utrisq; his dederis, tres fratres optimos, & integerri-  
 mos, nō solum sibi ipso, neq; his tot, ac talibus uiris, neque  
 nobis necessariis suis, sed etiam reip. condonaueris. Fac igi-  
 tur, quod de homine nobilissimo, & clarissimo M. Marcello  
 restituto fecisti nuper in curia, nunc quidem in foro de opti-  
 mis, & huic omni frequentiae probatissimis fratribus: ut co-  
 cessisti illum senatu, sic da hunc populo, cuius uoluntatem  
 carissimam semper habuisti. &, si ille dies tibi gloriissi-  
 mus, populo Ro. gratissimus fuit; noli, obsecro, dubitare, C.  
 Caesar, similē illi glorie laudem quā se p̄fissime querere. ni-  
 hil est enim tam popularē, quā bonitas: nulla de virtutibus  
 tuis plurimis nec gravior, nec admirabilior misericordia  
 est. homines enim ad deos nulla re propius accedunt, quam  
 salute hominibus dādo. nihil habet nec fortuna tua maius,  
 quā ut possis; nec uatura tua melius, quam ut uelis conser-  
 uare quā ampliarios. Longiorem orationem causa forstar  
 P. B postulat, tua certe natura breuiorē. Quare, cum utilius esse  
 arbitrer te ipsam, quam me, aut quemquā loqui tecum, fi-  
 nem iam faciam: tantum te ipsum admonebo, si illi absenti  
 salutem dederis, præsentibus his omnibus te daturum.

PRO